

Cum Demetrius Rhodum oppugnaret, erat Protogenes vi-

DIGNITATE PETENDA.

L. Aemilius Paulus aliquoties frustra consulatum petiit.

EXPEDITIONE.

EPAMINONDAS, contra legem Boeotarchiam suam in septem

C. Jul. Caesar circa solstitium brumale, pelagus, Pompeium

OBSIDIONE.

Vejos, opulentissimam Ethruriae urbem, decenniali obsidione

filiu Haraldi Anglorum regis fato nunciu accepisset, non

SANCIVS Ranimiri primi regis Aragonum F. obsidens O-

RESPECTU EFFICIENTIS, QUI Constantes.

EPISCOPI.

Ex loco Severitatis huc quadam.

Injuriosus Episcopus Turonensis XV. a Martino, cum Clo-

SIMONIDES, poeta 80. annos, & docuisse se carmina, &

Philemonem comicum, & Alexim fabulas agentes, & co-

C. Popiliu legatum a senatu ad Antiochum missum cum

Romual-

Romualdus, Grimoaldi regis Longobardorum F. Bene-

Ob Ferrariam occupatam Clemens V. Venetis aqua, ignique

RESPECTU AVERTENTIUM. Abstinentium, Prohibitium, Dissuadentium, Impedientium.

XENOPHON, cum semper instructum, paratumque Diphri-

Quomodo Alexander Macedo parvo temporis spacio quo

CICERO pro lege Manilia idem de Cn. Pompejo exposuit,

CICERO pro Archia poeta, cum se commodis civium omni

CORPORIS MALA. NIMIRUM.

Seneius.

Vide Tit. Descriptionis, qui senes scripsere.

NESTOR ad Trojam militans, in auctoritate erat, & ma-

SOLON, ut palam factum est blandas Pissistrati aetiones ad ty-

Periculis potissimum in senectute aetiones viguerunt: quan-

Hippodamus, cum adversus Archidamum Agis in acie fla-

De Agefilao Xenophon: Cujusnam, inquit, juventute non

Erat Aridaeus juvenis, senex Antigonus. Caeterum hic uni-

Furius Camillus cum propter aetatem, & invidiam sextum

Massiniam, scribit Polybius, nonagesimo aetatis anno decess-

M. Cato Censorius, sextum & octogesimum annum agens,

TURANIUS fuit exacte diligentiae senex: ei post annum no-

AMURATES III. Turcarum Rex, diligentiam, & celerita-

Stephanus Columna Romanus per civiles discordias contem-

deno, pugnandoque exacte ætatis senex factus, hortanti Fran- A cisco Petrarhæ familiari suo ut animum ab intestinis conten- tionibus ad otium deduceret, præclara, & patrio ore digna vocè respondit Romano, & generoso viro ad sepulchrum uf- que pro dignitate, & libertate esse dimicandum. *Jov. in Pompejo Columna.*

Ætus, Frigus.

Cum bruma Arcades invitarent Thebanos, ut urbem in- gressi egerent sub tectis. Epaminondas non permisit, sed nunc suspiciunt, inquit, vos, intuenturque in armis exercitantes corpora vestra, & luctantes. Qui si ad focum sedentes con- spexerint, & fabas tudentes, non majores vos semetipsis facient. *Plut. An seni tradenda resp.*

Valetudo adversa, Morbos.

Cum Achilles ad concionem vocasset principes exercitus, ut illis spectantibus reconciliaret se Agamemnoni: atque omnes debiles etiam, ac vulneribus tardati, eò se conferrent: Dio- medes quoque, & Ulysses, quantumvis claudi, & halitus in- nixi, eò se contulerent.

CICERO pro C. Rabirio perduellionis reo, & ipse narrat Romæ in seditione Saturnina, ac periculo magno reipubl. cog- nito illo S. C. quoad arma consules vocabant: cunctos fortes, ac bonos cives ad consules accurrisse: inter eos M. Æmilius. Q. Scævola item, licet confectus senectute, præpeditus morbo, mancus, & membris omnibus captus, ac debilis ef- fet, hastili tamen nixus, & animi vim, & infirmitatem cor- poris ostendit. *Vid. l. 38. Var. l. 8. c. 18.*

DEMOCRATES pugil, cum laboraret ex pedibus, ad certami- na venit: & consistens in stadio, descripsit sibi circum: & ju- bebatur adversarios, ut se expellerent extra lineam. At illi vidi sunt ab ægroto: & ipse cum bene, & fortiter in statione sua perstitisset, coronam secum deportavit. *Æl. de Varia hist. l. 4.*

ALEXANDE superato Tanai, fufos, fugatosque Scythas in- sectatus est equo centum quinque stadiis, alvi profuvio confictatus. *Plut. orat. 2. de Alexandri fortuna.*

CARNEADES Cyrenæus, Dialecticus insignis, tanto studio in literis versabatur, ut oculi ei sæpius caligine obducti fue- rint. Ille noctem jam adesse existimans, puerum lucernam accendere iussit. Qua allata, Perge igitur legendo, ne tan- tum temporis nobis percat, clamavit. *Laert. l. 4.*

CRATES, Mallothes Aristarchi æqualis, missus ad Senatum Rom. ab Attalo rege inter secundum, & tertium bellum Puni- cum, eum in regione Palatii prolapsus in cloacæ foramen erus fregisset: per omne legationis simul, & valetudinis tempus plurimas acroasias de Grammatica arte Rom. tunc incognita fecit, & exemplo illis fuit ad imitandum. *Suet. de clariss. Gram.*

APPIUS Claudius & senex, & cæcus, a consulendo tum publicè tum privatim nunquam desistisse perhibetur. *Liv.*

Livius Drusus, & ætatis viribus, & acie oculorum defectus; jus civile populo benignissime interpretatus est, utilissimamque dicere cupientibus monimenta composuit. Senem illum natura, & cæcum fortuna facere potuit: neutra tamen interpella- re valuit, ne non animo & videret, & vigeret. *Vol. l. 8. c. 7.*

L. Com. Sylla quamvis phthiriasi graviter laboraret, ab negotiis publicis tamen non abstitit: quippe decem ante exi- tum diebus, cum Puteolanorum disensiones composuisset, scripsit iis leges, quibus temp. moderarentur. Prædixit nuncia- to Graviuni, qui magistratum gerebat, reip. quod debebat non exolucere, sed diem suum supremum expectare: accivem D in cubiculo, ubi ministris suis circumfusum præcepit strangulari. Inter vociferationem, & cognomina utrinque rupta vomica vim magnam profugit sanguinis. Hinc viribus defectus, nocte per gravem cruciatum transacta vitam redidit. *Plut. in Sylla.*

C. Sestius Calvius orator, et si cum remiserant dolores dum non deerat in causis: tamen id non sæpè faciebat. Itaque consilio ejus cum volebant homines utebantur: patrocinio, cum licebat. *Cic. in Bruto.*

T. Lucretius poeta, amatorio poculo in furorem versus, aliquot volumina per insaniam intervalla scripsit, postremò sibi manus intulit. *Sab. l. 3. Enn. 6.*

M. Tul. Cicero cum primùm causas agere cœpisset, summè gra cilis erat, & infirmo corpore, procerò, & tenui collo. Qui habitus ad phthirium proclivis esse solet, si accedit labor, & late- rum magna contentio. Medici, & amici hortabantur, ut causas agere desisteret. Ille quodvis potius periculum sibi adun-

dum, quam à sperata dicendi gloria discedendum existimans, cum censeret, remissione, & moderatione vocis, & commu- tato genere dicendi fe & periculum vitare posse, & tempera- tius dicere: ut confectitudinem dicendi mutaret, in Asiam profectus, Athenis Antiochem philosophum, Demetrium Syrum rhetorem audivit: deinde in Menippum Stacionem- sem: tandem R. hodi Molonem, qui redundantem, & super- fluentem juvenili quadam dicendi impunitate, & licentia re- preffit, & quasi extra ripas disfluentem coercuit. Itaque bien- nio post Romam rediit non modò exercitator, sed propè mutatus. Nam & contentio vocis nimia reciderat, & quasi deserberat oratio, lateribusque vires, & corpori medicioris habitus accesserant. *Cicero in Bruto.*

Diodorum quandam Stoicum refert Cicero domi suæ ex- cum multos annos vixisse: sed post cæcitatem multo dili- gentiùs, quam priùs philosophiæ operam dedisse: fidelibus quoque usum more Pythagoreo, & lectioi librorum, quo uno modo poterat: alieni luminis auxilio, dies, noctesque tribuisse: & quod vix absque oculis possibile videret, Ge- ometrica tractasse, imperantem discipulis, unde & quò quan- que lineam duci vellet.

P. Senator, & L. Pontius eques Rom. suis temporibus ce- lebres causarum actores, luminibus capti forensia stipendia executi sunt, itaque frequentius jam audiebantur: concur- rentibus aliis, quia ingenio eorum delectabantur: aliis, quia constantiam admirabantur, namque alii, qui incommodo pec- culli secessum petunt, duplicant tenebras, fortis voluntarias adiciunt. *Val. Max. l. 8. c. 7.*

Cn. Aufidius civis Rom. vir honestus, & cæcus, Græcam scribebat historiam, & videbat in literis, quamvis enim ca- reret sensu oculorum, nec album colorem ab atro distingue- re posset: acie tamen ingenii, menteque verum à falso in studio illo suo scribendæ historis, omnique re, quæ ad litteras per- tineret, dijudicabat. *Cic. l. 5. Tul.*

AUGUSTUS Cæsar ipse jus dixit affiduè, & in noctem non- nunquam: si parum corpore valeret, lectica tribuni col- locata, vel etiam domi cubans. *Suet.*

VESPASIANUM Imp. affectum graviter ex dysenteria ab medicis reprehensive scribit *Dion. & Sueton.* quod impera- toris non abstinere functionibus. Ad quæ is, *τὸ ἀσθενεῖν, ἴπυ, ἐν τῷ δὲ ἀσθενεῖν.* Imperatorem inquit, stantem mori oportet: alludens ad morbum suum, quo e- tiam periit.

Turbo rei militaris scientia præstantissimus, nunquam domi per diem, vel cum morbo infestaret, ex viis. Monen- ti verò Adriano, quicquid præfatus, inquit, rebus stantes mori oportere. *Cel. l. 1. c. 1. ex Dion.*

Niger, qui in Galatia rhetoricam docebat, fortè spina piscis deglutiverat. Cum autem rhetor alius peregrinus videri- nisset, qui declamabat: quod erubesceret illi concedere videri, inherente adhuc spina declamavit. Gravi infecuta, & dura inflammatione, doloris impatiens incisionem altam foris ac- cepit. Atque spina quidam ex vulnere evulsa est: cæterum vulnus, quod sævum evasit, & destillans, hominem absum- psit. *Plut. in Præcept. pol.*

In Mathonem, *Martialis Epigr. l. 4.*  
Declamas in febre Mathon, hanc esse pbrenesin  
Si nescis, non es sanus, amice Mathon.

Declamas æger, declamas hemiviratus.  
Si sudare aliter non potes, es viratus.  
Magna tamen res est, erras, cum visceres febris  
Exurit, res est magna tacere, Mathon.

SEVERUS Imp. audita Britannis defectione, post victorias H ad Orientem, Septentionemque, & cognomina utrinque parta, etiam trophæa contra Britanos excitare cupiens, ad hæc filios quoque abducere ex urbe, ut procul à deliciis ur- banis, in castris militari vita, ac sobria juvenescerent, expeditionem in Britanniam senex jam, & morbo articulis laborans, tanta animi virtute, quanta nemo unquam vel ju- venum suscepit. *H. Boeth. l. 5.*

Aur. Ambrosius Britannorum rex, quamvis hæctica febre laborans, contra Oceanum Hengisti F. qui Britanniam cum va- lida manu Saxonom invaserat, lectica delatus, summi ducis munere functus, victoriam eruentam obtinuit: non multo post à Copia Saxone, qui fe medicum simul, & monachum fixerat, veneno sublat. *H. Boeth. l. 9.*

Robertus Brusius Scotorum rex, contra Joannem Cume- nium propè Aberdoniam in aciem descendit, lectica delatus, & victor evasit. Ea victoria gradus fuit ad majores, cum ex plurimis calamitatibus sensim respirare inciperet: adeoque

repente sanitate pristinam recuperavit. *Hæst. Boeth. l. 14.*

A Ambrosius Mediolanensis antistes, morbo, febriquo con- fectus, & modò non animam agens, Psalmum quadrage- simum tertium interpretari operatus: sed morte præventus absolvere non potuit. *Fulg. lib. 8. c. 7.*

Genesio Hipponeis obfessionem magna animi pertinacia, atque armorum mole continuante, mense tertio decimo D. Au- gustinus sine morbi pertinacia, sine doloris acerbitate victus, emigravit ad celos, libris Juliani hæretici Pelagianus respondens, & gloriose, ut, inquit, Prosper, in defensione Christianæ gra- tiæ perseverans. *Sigon. l. 12. Imp. accid.*

GREGORIUS Magnus, Pont. Rom. sacris Ecclesiæ can- ticis adeò fuit deditus, ut in lecto decubens puerorum cancus baculo modularer, & errantes castigare non eru- besceret. *Joan. Diacon. in ejus vita.*

BEDA presbyter Anglofaxo, anno ætatis LXX. Christi DCCCXXXIII. cum ob jejunia crebra in Asthma incidisset, assidue tamè discipulos, & docendo, & disputando in Verthemensi cenobio exercebat: Evangelium quinetiam Joannis lingua Anglica interpretatus est: subinde disci- pulos admonens, dilicite, filii, dum vobiscum sum. *Gulielm. Malmesburienf.*

Magnus Domesticus Ioannes Comnenus, cognomento Ba- taxes, multis victoriis contra Persas insignis, Philadelphiam degens, acriter Andronico Commeno adversabatur. Andro- nicus Andronicum Lapardam, justis copiis datis, contra Bata- zem mitit. Joannes oppressus morbo, circa Philadelphiam castra metatus, filios Manuleum, & Alexium contra Lapar- dam armat. Cum autem vario eventu pugnaretur, Batazes ju- bet se in collem, unde pugna conspici posset, in lectulo de- ferri: & filius, ut instruenda sit acies, præcipiens, victoria illustri potius est. *Nicetas sub Alexio Propb.*

Sivardus nobilis dux Northumbria, dyfenteria laborans, antequam obiret, armis intus, cretuleque sedens dixit: Sic decet militem desungit, & non ut bovem accubantem enerva- rit. *Ranulfus l. 9. c. 15. Polychron.*

SISINIUS XXIX. Pontifex, podagra, & chiragra laborans, licet neque ambulare, neque cibum capere posset: tamen ita urbis Romæ, & Reip. Christianæ curam gessit, ut nil præter- mitteret, & ante pontificatum, & in ipso pontificatu, quod bo- num pontificem deceret. *Plinius.*

PITUS II. in Mantuano concilio expeditione contra Tur- cas suscepta, ei vehementius, & festinatius incubuit, quam C esset valetudine, & alieno tempore, cum recenseditur è balneis. Obvidentibus amicis finibus, & valetudinem, Pate- bit, inquit, in celum reditus, si Romam non patebit. Eri- pratis Quintiis, cum ex urbe discederet, conversus ad mee- nia, Vale, inquit, Roma, nunquam amplius vivum me vi- sura. Aviditis suscepto itinere inquit in febriculam. Qua per diffimilationem, & incitatus labore nocturno, Anconæ tandem profuvio correptus, & ob Christianorum principum moram summo confectus merore, obiit Cal. Sept. anno MCCCCLIV. ætatis pontificatus vi. *Campanus in ejus vita.* Tota agritu- dine, gravi quidem, & longa, occupationes regiminis caus- fas diversarum gentium audiendi, inhibendi, decernendi, ju- dicandi, figmandi, admonendi, castigandi intermisit nun- quam. *Plinius.*

VICELINUS vir sanctiss. Episcopatum Aldeburgensem in Tandalia tenuit per annos quinque. Medium temporis hu- jus vix peregit incolimus, reliquum in gravissima paraly- D si, mirabili exemplo patientis. Evolvit anno Christi MCLV. multis clarescens miraculis, & ante, & post mortem. *Græviz. lib. 6. Metropol.*

ALBONSUS Aragonum rex, cum Capuz ægrotaret, Quintum Curtium ab Antonio Panormita oblatum, ea hila- ritate legit, ut stupentibus ob id medicis omnem morbi gravissimi improbitatem lætandum superavit: & posthabitis cæteris omnibus animi laxamentis, frequenter in medi- cos jocus, Avicennam velut parabolam parvi fecerit. Curtiumque laudibus celebravit, sanitatis datorem. *Pa- normit. lib. 1. de rebus gestis Alfonso.*

JULIUS II. Pp. anno MDXI. in morbum incidens, quarto agritudinis die adeò ingenti animi defectu oppressus fuit, ut per aliquot horas à suis ministris pro mortuo fuerit habi- tus: unde ipsum diem supremum clausit, undique fama pervagata, multi Cardinales absentes, & inter aliquos, qui concilium eodem anno, Maximiliano I. Rom. Imp. & Gallia rege Ludovico XII. auctoribus contra Julium Pias convoca- verant, Romam versus contulerent. Interea Pontifex à tam periculoso casu respiciens, majorem tamen ipsius vitæ metu,

*E. L. Theat. vit. Human. Tom. I. l.*

quàm spe, sequenti die Cardinalibus quasi in justum senatum congregatis legem ambitus in eos, qui vel pecuniis, vel aliis E corrupulis ad pontificatum aspirant, horrendis penis refer- tam promulgavit: & eod die, sanitate signa evidentiora entue- runt. *Guicciard. lib. 10.*

LILIUS Gregorius Gyraldus, podagra miserè afflictus, stu- dia tamen nunquam intermisit, & præclaros illos de diis Gen- tilium libros lecto decumbens, proprio ingenio, aliena manu edidit. *Testis ipsemet in iis libris.*

LUDOVICUS Aurelianus, Gallicarum copiarum dux, No- varie à Veneto, & Sfortiano exercitus obfessus, licet qua- tanta graviter affigeretur, nullam tamen importunæ vale- tudinis exultationem accipiebat, quin vigilans inspiceret, circuitret urbem, operibus vacaret, singulariter militie mu- neta die, nocteque incredibili tolerantia exequeretur. *Jovio lib. 3. Hist.*

Verbera, Vulnera.

Euribadae Lacedæmonio quiddam adversum Themistocles dixerat: cumque ille baculum intenterat, Verbera tantum- modo audias. Noverat enim, ea quæ dicturus erat, è repub- lica fore. *Ælian. l. 13. de Pa. bñ.*

Adolefcens quidam apud Zenonem diversas, plagas Pa- tris, philosophiam ut inutilem exprobrans, percussit. Euna- pius id Adolefo sophistæ tribuit. *Consule Tit. Amicitia neglectus: Virtutis comparanda casus.*

Cum Aristoteles multos ad philosophiæ studium invi- taret, & nemo morem ei gereret, tandem indignatus, ne- mini potestatem audiendi se permisit. Quare Diogenem etiam à sua conversatione repulit. Cum verò frequenter, & magis assiduo esset Diogenes, etiam illum increpuit: minatusque est, se baculum eis insilicium: aliquid etiam in caput impexit. At ille non recessit, sed majore studio cum quadam audiendi siti insilicium, inquit: Tu percute tan- tum, ego tibi caput præbebo: neque verò tam durum fultem invenies, quo me à tuis disputationibus abigas. Quod cum audisset Antisthenes, intus ei factus est amicus. *Ælian. lib. 10. de Var. bñ.*

In oppugnatione Malacæ, Alfonso Albuquerque Indis prætor navem ingentem ad oppugnandum pontem parave- rat. Navi præerat Antonius Abræus. Hujus cum utraque mala glandis unius ictu transfixa fuisset, Albuquerque illi G vicarium repente substituit. Is verò sanè ferociter, Inre- gri, inquit, mihi pedes sunt ad discurrendum, & manus firmæ ad prælium conferendum: neque mihi ad cohort- tandum oratio deest: mentem verò ad imperandum Dei gratia sanam gero. Quinetiam si in lecto gravissimis vulneribus acceptis discubuissem, ex eo facillimè possem, quæ in rem essent, mente, & consilio providere. Quare minime patiar, quandiu animam duxero, adhuc in locum meum subfistui. Ad hunc igitur modum, cum vicarium è navi pelleret, non se- gnitus, quàm si nullum vulnus accepisset, munere suo persun- ctus fuit. At navis tandem, cum ætus maximi essent, ponti, cunctis hostibus frustra repugnantibus, applicata fuit. *Ofor. lib. 7. rerum Emmanuelis.*

Armamentarii tribunalis Rodolphus Bero Salicus de Sa- lis apud Maximilianum II. Imp. egerat, cum oppugnan- do eum in Ungaria munitionum Castello strenuam na- varent operam. Contigit ergo, ut ex arce amissa majoris tormenti pila, cum in oppugnantium armamenta impegis- set, resilientis Ducis sinistram temoris natem stupendo impetu H comminueret. Eo vulnere, circa meridiem læsus Rodolphus, inde se prius asportari passus non est, quam velpera jam incli- nante, hostilem arcem in suam potestatem redegisset. Coaluit autem præter opinionem insilium vulnus, contractis licet mu- sculorum nervis, ut pede recedente inter eundem claudicare cogeretur.

Pericula vita.

In cæde magnorum Gobrias, qui in conclave unà, cum ma- go fugiente opacum irruerat, inter luctandum imminenti sus- pensoque animi iussit Dario, ut vel utrumque gladio traiceret. *Plin. di. Dignosc. adu.*

Callicratidas in procinctu, cum classem ad præliandum cir- ca Arginusas haberet, monente Hermone gubernatore, redè facturum, si recepisset se (nam triremium numero Athenien- ses longè superiores esse) ait: Quorsum hoc: Enim verò fu- gam capessere, cum cædum Spartæ, tum dispendiosum ma- gis.

E c nentem

nentem verò, vel cadere, vel vincere, optimum. *Plut. in apoph.*  
**A** Leonidas ad Thermopylas contra Perſas pugnator, cum  
 impuberes vellet eſſe ſalvos, ſciens autem aperte id eos non to-  
 leraturos : ſeytalas ſingulis dedit ad ephoros perferendas. Cu-  
 piebat item adulos tres ſervare : qui eum adorati, ſeytalas re-  
 jecerunt. Horum unus ait, Non parco, ſed pugnatore ſecutus  
 ſum. Secundus : Hic ſi maneam, præſtantior ero. Tertius,  
 Haud poſtremus horum, ſed primus pugnabo. *Idem.*  
 Themiftis, regi Leonida perniciem ad Thermopylas præ-  
 nunciavit inſtare. Is cum ab Leonida Lacedæmonem luturi ca-  
 ſus ſpecies nunciandi ablegaretur, ac reverà ne ſine cauſa inter-  
 ret : non obtemperavit, ſed, Pugnator ſum, inquit, miſ-  
 ſus, non nunciatorum lator. *Idem.*

Captis Syracuſis Archimedes erat fortè mente intentus for-  
 mis. Cum autem in eam cogitationem non animum modo, ſed  
 & oculos deſiſſet, non ſenſerat diſcurſum Romanorum, ne-  
 que captam urbem. Cui cum ex improviſo ſuperveſiſſet miles,  
 qui ſequi eum juſſit ad Marcellum : noluit prius, quàm ab-  
 ſolviſſet propoſitionem, & adaptaſſet ad demonſtrationem.  
 Ita iratus miles ſtricto gladio Archimedes conſodit : Alii au-  
 tēores ſunt intercurrentem Romanum illic eodem intentate eſſe  
 B ad necem diſtrictum : illum verò, ut reſpexit, oraſſe obni-  
 xè, ut paullisper ſuſtineret, ut ne quod inveſtigabat relinque-  
 ret minus abſolutum, & rude : ſed militem nihil eare motum  
 eum trucidaviſſe. Tertii memorant dum ſert ad Marcellum in-  
 ſtrumenta mathematica, horologia, ſphæras, angulos, qui-  
 bus magnitudinis ſolis iniri ad viſum modus, intercurrentes  
 milites, quia aurum eum ſerre in vaſculo opinabantur, illum  
 intermiſiſſe ſi nam M. Marcello quidem caſum ejus acerbum  
 fuiſſe, ac perculoſorem averſatum eum, ut neſarium, & pro-  
 pinquis inſignis conſtat habuiſſe honorem. *Plut. in Mar-  
 celo, & Valer. Max. l. 8. c. 7.*

Cum Romæ annona graviter laboraretur, præpoſitus ver-  
 bo Pompejus procuratori frumentariæ, revera creatus ter-  
 ræ, mariſque Dominus, ſolvit in Africam, Sædiniam, &  
 Siciliam, grandique coacto frumenti numero Romam prope-  
 ravit. Cum autem gravis tempeſtas ſæviret, dubitantibus  
 gubernatoriſus conſcendere primus, imperansque, ut anchoras  
 molirentur, reclamavit : Navigare necesse eſt, vivere  
 non eſt. *Plut. in Apoph.*

C. Jul. Caſar, cum milites ei ſerius Brundifio Dyrrhachium  
 C transportarentur, clam omnibus exiguum navigium conſcendit,  
 tentativè tranſmittere pelagus. Cum autem obraceretur  
 navigium fluctibus gubernatoriſus, quis eſſet, aperuit, exclama-  
 vitque : Conſide fortuna, cum ſeas vehere te Caſarem. Ceterum  
 in præſentia quidem interbreſcente tempeſtate impeditus  
 fuit, concuſſusque tactus incontinentem tempeſtate impeditus  
 ipſis copias reſpiceret alias. *Plut. in Apoph. & de Rom. ſort.*

Incar. Eduardo I. Angliæ Regi magnificus animus, injuria-  
 rum impatiens, periculorum obliſiſſi cogens, dum vindicari  
 cuperet, qui tamen ſacillimè humanitate exhibita poſuit emol-  
 liri. Nempè cum quodam tempore juxta quandam ripam falconem  
 conſumit aucupio ſe exerceret, unum de comitibus ſuis ex altera  
 parte fluvij negligentius ſe habentem circa falconem, qui ana-  
 tem inter falceſ corripuerat, arguit, & obſurgationi minus, ut  
 videbatur, obediens, minas adjecit. At ille attendens, nec  
 pontem, nec vadum conſiſtere in propinquo, facilitate quadam  
 reſpondens : Eja (inquit) ſufficit mihi, quod nos abinvicem  
 dividit fluvij ille. Quo reſponſo exasperatus filius Regis,  
 D aquam ignota profunditatis Ingreſſus equo natante : tranſiit  
 in crepidinem alvei fluminis diſcurſu cavatam, & cum diffi-  
 cultate accendens gladio extracto inſequitur fugientem : qui  
 tandem per fugam deſperans evadere, reducto equo, nudatrosque  
 capite humiliter collum præterit, & Eduardo ſe obtulit volun-  
 tati. Quo factò, ab incepto ſuo deſtitit Regis filius, gladium  
 reſpoſuit in vaginam. Deinde reverſi pacificè falconis relicti  
 patier curam egeunt. *Tb. Walſingbus in Edoardo I.*

CAROLUS V. Imp. Audaciſſimus fuit in omnibus expeditioni-  
 bus ſuis, ſic ut mortem planè contemnere videretur. Ita e-  
 ad omnia pericula impavidum offerebat, ut nuſquam ad bom-  
 bardarum ictus caput inclinaret, nuſquam pedem moveret,  
 nuſquam expalleſceret. Et tamen cum armabatur laminis, tho-  
 racibusque ferreis, initio inter atmandum paululum horrebat  
 corpus, ac toto vultu albeſcebat, quali pavescens. Sed cum  
 armatus, & locutus, & galeatus erat, jam nullus loco illo  
 erat fortior, aut animoſior, minuiſſe aliquid expaveſcens.  
*Gul. Zeneccar. lib. 5. de vita Caroli.*

Lupovicus princeps Condacæ anno 1569. captus, &  
 globulo occupat trajectus à Montefino, ducis Andegavi  
 excubitorum præfecto, in ore, & animo hæc verba, tan-

quam Symbolum habuiſſe dicitur, Pro Chriſto, & Patria  
 dulce periculum, *Matth. Dreff. Millen. 6.*

Mors.

SOCRATES, cum venenum hauriret, philoſophabatur, &  
 ad philoſophiam colendam familiares ſuos excitabat : cui illi  
 gratulabantur ut beato. *Plut. in exilio.*

DIOMEDES, unus ex decem ducibus, qui eadem pugna  
 Athenienſibus victoriam, ſibi verò damnationem ( contra  
 præſcriptum enim Senatus pugnaſſe dicuntur ) pepererunt,  
 cum jam ad dirum duceretur ſupplicium, nil aliud exclama-  
 vit, quàm ut vota pro incoluntate exercitus ab ſe nuncu-  
 pata ſolverentur. *Val. Max. l. 1. c. 2.*

FORTUITA BONA. Videlicet Opes, Præda.

Menandrum Comitem reges Ægypti, & Mæcedoniæ,  
 claſſe & per legatos petierunt. At ille literarum otium  
 regum theſauris præſtulit. *Plin. lib. 7. c. 30.*

Helvetii Novaria egreſſi, imperi in Gallorum caſtra factò,  
 ſequihoræ ſpacio, & memorabile prælium, & graviffimum  
 bellum conſecerunt. Nec tamen, vel tanta hoſtium ſtrage edi-  
 ta, ad prædam diſcurſum eſt, quamquam præcioſa ſupplex di-  
 cum, & cuncta opulenti exercitus impedimenta multorum ani-  
 mos allicerent. Viti enim patriæ diſciplinam memores, quod ne-  
 minem armatum in acie vitum capere, nec ventem terga in-  
 ſequi liceret, medio in campo conſertiſſis ordinibus in multam  
 diem immoti conſtitierunt, ne Galli equites aut ducum aſtus,  
 aut ſuo pudore concitati regrederentur, & ſpollandis cadave-  
 ribus occupatos opprimerent. *Jou. l. 11. Hiſt.*

Honores, Dignitates, Magiſtratus.

Post triumphum Hiſpanicum M. Cato conſul, non ut ple-  
 rique, qui non virtutem ſpectant, ſed gloriam, ubi ad culmen  
 evaſerit honorum, conſulatum, atque triumphos ſint aſſecti,  
 jam deinceps relicta republica in voluptates demergunt ſe, &  
 otium : ita ipſe quoque virtutem remiſit, vel laxavit : ſed non  
 ſecus atque, qui primùm attingunt tempus honoremque, &  
 gloriam ſunt, quaſi ab aleæto carcere incumbens, operam G  
 ſuam omni in re amicis, civibusque obtulit, nec patrocina, vel  
 militiam detrectavit. Ac Tiberium Sempronium proconſulem  
 in Thracia, & ad Danubium ſe gerentem, legatus cum  
 eo profeſtus, juvit. M. Attilium tribunum militum comi-  
 tatus eſt ducem in Græciam adverſus Antiochum Magnum.  
*Plut. in Catone maiore.*

Libanius Aniochenus Sophiſta Conſtantinopoli palatii  
 præfectura ſub Juliano Imp. honeſtæſtatus, noluit accipere,  
 dictitans Sophiſtam illo majorem eſſe : præ ſtudiis ho-  
 norem ſummum uti vulgarem, ſordidumque ſpemens. *Eunapius  
 in ejus vita.*

Joannes monachus Dominicanus, factæ Theologiæ do-  
 ctor, cum crearetur Epifcopus Hildesheimenſis ordine xxxvii.  
 interrogavit, ubi Bibliothecam haberent ? Monſtraverunt  
 ei aulici armarium, aſcendentes non aliam eſſe bibliotheca-  
 cham, & hæc ſummi oportere libros, quibus hoſtis propel-  
 leretur, & Epifcopatus defenderetur. Reliquit ergo iere-  
 quietum Epifcopatum Hildesheimenſem : & factus eſt poſtea  
 Epifcopus Auguſtanus, ubi quietus licuit operam dare literis.  
*Brufeb. in Epif. Germ.*

ALBERTUS Magnus ſtudioſior amore Ratiſbonenſem Epif-  
 copatum depoſuit, quem tumultu, & armis gubernate inter-  
 dum quoſo erat, ut nunc etiam apud Germanos moſ eſt.  
 Privatus itaque Colonia aliquandam publicè legit.  
*Platina in Urbano 4. & Hieron. Zieglerus de Illuſ. viris Germ.  
 Crantzius lib. 8. Metrop. c. 51.*

S. THOMAS Aquinas Luteciæ, ubi publicè profitebatur, Ro-  
 mam evocatus ab Urbano IV. neglectis ampliff. dignitatibus  
 totum ſe lectioni dedit, & ſcriptioni. *Platina.*

Res novæ.

Plutarchum aliquando Romæ ſermocinantem Ruſſicus  
 ille (quem poſt gloria ejus amulatione ductus, interſecit Do-  
 mitianus) auſcultabat. Intererã accedens miles literas ci tradi-  
 dit Caſaris. Facto ſilentio, cum Plutarchus, quo legeret epi-  
 ſtolam, ſermocinem ſuſtineret, noluit, neque ante reſolvit  
 eas, quàm orationem abſolviffet, eſſetque diſmiſſus audito-  
 rium.

rium. Qua de cauſa gravitatem ejus ſunt omnes mirati. *Plut.  
 A de Curioſ.*

Successus felix.

PHOCION, cum primi fuocceſſus ex voto eſſent, & civitas ob-  
 ſatum nunciū diſta honorem haberet : Rogatus, An ne hæc  
 optaretur iſſe geſſa ? Omnino, inquit, hæc geſſa eſſe : ſed  
 tamen conſilia capta illa. *Plut. in Apoph.*

FORTUITA MALA. Ut eſt. Paupertas.

PLAUTUS Saturationem, Aditum, & Aſinariam comedias in  
 priſtino ſcripſit : cum pecunia omni, quam in operis artificum  
 ſcenicorum pepererat, in mercationibus perſita, inops Romam  
 rediſſet, & ob quaerendum victum ad circumagendas mo-  
 las truſtatis operam poſtuloſi locaſſet. *Gel. lib. 3. cap. 3. ex M.  
 Varrone.*

ſaſura Opum.

Veneri nimia Petri Candiani Ducis ſævitate exacerbati, conju-  
 B ratione facta pratorium invaſerunt, & cum irrumperere non poſ-  
 ſent, ignem in proximam domum, qua Petri Urſcoli erat, ipſo-  
 met auctore, iniecerunt : quo non ſolum Pratorium, ſed etiam  
 ædes S. Marci adnexa, & pleraque circumjeſta ædificia concre-  
 marunt. Ita Dux, calor ſumique vapore fauces ad interitum  
 comprimentè compulſus, ad januas adis evadendi ſtudium veni-  
 nit : verum ab occurrentibus manu repulſus, ibi unâ cum  
 Petro filio inimica ſatellitibus manu percuffus interit : ac ſtatim  
 Petrus Urſcolus, licet reluctans pridie Idus Auguſt. ſuffectus,  
 anno DCCCCLXXVI. Ab eo ſubito Pratorium cum templo reſe-  
 ctum. *Signon. lib. 7. regni Italici.*

Clades.

P. Licinius conſul, qui res in Mæcedonia gerebat, à rege Per-  
 ſeo equettri prælio fuſus, duo milia obtingentes de ſuis deſide-  
 ravit, partim occiſos, partim captos. Cum autem ſecundam  
 pugnam miſiſſet ad ſædus, & pacem faciendam Perſeus, im-  
 peravit victus victori, ut ſua omnia pop. Rom. permitteret.  
*Plut. in Apoph.*

GALDUS Scotorum rex, adverſante fortuna toties à Romanis  
 victus, toties fugatus, equitatu penè omni cum peditibus amiſ-  
 ſo, ſemper conſtanti perſiſtenti animo : donec fortuna viro tan-  
 dem ceſſit fortiffimo. Hoſtes, tertio prælio victos, & maximis  
 C attritos calamitatibus, in caſtra compulſi : eoque adiegit, ut qui-  
 bus paulo ante terrarum orbis totus, neſt ultime extra orbem in-  
 ſulz fuſſerent, agrè ſeſe intra ca tuerentur. Vidit is, quod nul-  
 li mortalium penititibus, & virtute polleſti, eatenus  
 evenerat, gentis illius legatos ad ſuos pedes procumbentes, ſup-  
 pliciter veniam impetrantes, à quibus tot reges, totque popu-  
 lorum, & civitatum magiſtratus ſubadi, gaviſi ſunt ſeſe mi-  
 ſericordiam conſequentur : leges & pacis conditiones hoſtium  
 petentes arbitrio, à quibus omnes penè genres jura expectabant.  
 Loco, ubi parva memorabilis illa eſt victoria, Gallia ad poſte-  
 ros à ſe nomen dedit : ut præclariffimi facinoris dum Scotica  
 permanerent regna, monumentum extaret. *H. Boetb. l. 5.*

Alemanni Rheum glacie concretum traſcipientes, in Lingon-  
 as proximos illati, hoſtilia omnia faere inſtituerunt. Con-  
 ſtantius Caſar in campis Vindonenſibus adverſus hoſtes in aciem  
 prodit. Quo prælio, cum exercitu pulſus, ac ſuaciis, ſeſe ad  
 D Vindonos oppidum hoſtibus in tergo hærentibus retulit. Cum  
 Vindonenſes patefactis portis fugientem exercitum recepiſ-  
 ſent, ac protinus eas contra hoſtium inſequentium impetum  
 occiſiſſent : demum ſe Conſtantium ſuorum agmen clauden-  
 tem excluſiſſe animadvertentur : portam verò aperire non auſi,  
 ne hoſtes unâ, cum eo irrumperent, reſtem properè è mœnibus  
 demiferunt, atque ita magna felicitate ipſum attractum in me-  
 nibus conſervarunt. Ibi Conſtantius haud quaquam diſcri-  
 mine rei geſſe perterritus, neque vulnere accepto percuffus,  
 cives protinus, ac milites advocavit, coſque ad eruptionem in ho-  
 ſtes faciendam incendit : nam eos ſeſe incautos, atque alia omnia  
 cogitantes facile oppreſſuros, ac ſine dubio delicturos. Neque  
 conſilium cluſit evaſurus. Poſt quinque horarum ſpacium  
 cum armata ſuorum multitudine egreſſus improviſo, Alemannos  
 fuſos, ac præ victoria ſecurus adortus ad concidit, ut mil-  
 lia eorum ſexaginta poſtraverit. Qui ex pugna evaſere, cum ſe  
 per glaciem fuga in Rheni inſulam recepiſſent, repenè ſumme  
 cœlo miſcente laxato cluſi, ac mox navigiis demiffis obſeſſi,  
 in dedicationem venere. Ea victoria maximam ei, ſi qua alia, in  
 re militari gloriam peperit. *Signon. l. 1. Imp. occid.*

ATILA Hunnorum rex, dum ſoluta obſidione Aureliam in  
 campos Catalaunicos adverſus hoſtes iter faceret, repertus in E  
 præcipio ardui cuſſidam montis eremita quidam, ad Attiliam  
 ducitur, & poſt diuturnum ſilentium, cum inter alia flagellum  
 Dei, ad vitia Chriſtianorum corrigenda, miſſum vocavit : &  
 prælio inferiorem fore, non tamen funditus periturum. Attilia inopi-  
 nato percuffus nuncio, jubet eum in cuſſidam honeſta ſervari-  
 ti : donec ab aruſpicibus ſuis certiora intelligeret. Hi exiſt peco-  
 rum inſpectis, vaticinium eremite confirmarunt : addentes,  
 ducent hoſtium in prælio caſurum. Attilia nihilominus maluit  
 extrema omnia experiri, quàm terga vertere. *Bonfin. lib. 4.  
 Dec. 1.*

Deſertio.

ANTIMACHUS Clarius poeta, cum convocatis auditoribus le-  
 geretis magnum volumen ſuum, & cum legentem omnes præ-  
 ter Platonem requiſſent : Legamus nihilominus, inquit, Plato  
 enim mihi inſtar eſt omnium. *Cic. in Bruto.*

Pyrtho Elienſis raro prodibat. Si quid docere coepiſſet,  
 quamvis ab omnibus auditoribus deſereretur, ipſe tamen  
 non deſinebat, donec omnia ad rem pertinentia ediſte-  
 ruiſſet. *Laertius.*

Obſtreſatio.

Suadebant amici Q. Fabio. Max. ut quando ſegnus, & timi-  
 dus Roma haberetur, ſubire mallet pugne periculum, quàm  
 formidinis inſamiam ſubire. Tum ille. Eſſem ego, inquit, verè  
 formidoſoſus, ſi levium hominum obſtreſtationes veritus, à  
 meorum conſiliorum ratione diſcederem. *Sab. l. 9. c. 11.*

Irriſio.

ANTISTHENES mirante quopiam, quòd medio foro ferret ſal-  
 famentum : Nempè mihi ipſi, inquit. *Plut. in Præcept. polit.*  
 PLUTARCHUS Charonæus, vicio ſibi vertentibus, quòd ſa-  
 ſtigium ædificii dimetienti aſtaret, calcique ſubactæ, & lapi-  
 dibus deportandis : Non mihi, inquit, ſed patriæ ædifico.  
*Idem.*

Repuſa.

Narrat Xenophon, Clauconem Ariſtonis filium, qui ad popu-  
 lum verba facere, & remp. gerere cuperet, cum annos xx.  
 nondum haberet, ſæpe ob id deſulium, & detractum è ſuggereſto  
 neque tamen amicorum, ac domeſticorum precibus à tam tem-  
 merario incepto cum revocare cupientium obtemperantem,  
 deſtitit tandem Socratis auctoritate adductum. Socratem au-  
 tem ei amicum fuiſſe ait propter Charmidem Glaucionis filium,  
 & propter Platonem. *Mæretus lib. 5.*

C. Marius, qui ex obſcuro loco gloria militari ad Remp. af-  
 piravit, adilitatem curulem petivit. Ac præteriri cum eſſe ani-  
 madverteret, eodem die adilitatis plebis ſe candidatum profeſ-  
 ſus eſt. Qua item cum eſſet deſectus, non eſt deſulſus tamen  
 principatus Romæ obtinendi ſpe. *Plut. in Apoph.*

Pompejum triumphum petentem, Sylla, quòd nondum in  
 ſenatum alleſtus eſſet, reiſciebat. Ibi cum jaſtaſſet apud aſſi-  
 ſtentes Pompejum, fallere Syllam, exorientem ſolem plures,  
 quàm occidentem adorare : proclamavit Sylla, Triumphet. Stom-  
 machabatur autem Servilius, qui partis erat optatiffimus, ac  
 frequentes milites præmia quadam poſtulantem triumphum in-  
 terpellabant. Ut verò dixit Pompejus, potius ſe triumphum,  
 dimiſſum, quàm illis aſſentaturum : Nunc, inquit, Pom-  
 pejum video, & magnum verè, & triumpho dignum. *Plut.  
 in Apoph.*

Carceres.

Anaxagoras in carcere de quadrando circulo ſcripſit. Socra-  
 H tes, cum venenum hauriret, philoſophabatur, & ad philoſo-  
 phiam colendam familiares ſuos excitabat : cui illi gratulaban-  
 tur ut beato. *Plut. de Exilio.*

PHILOXENUS quidam dithyrambici carminis ſcriptor,  
 ſingulari quadam ſcribendorum verſuum majestate, & di-  
 gnitate pollens, in convivio leſto malo Dionyſii poemate,  
 quid de eo ſentiret interrogatus, liberius Paulus reſpon-  
 dit. Quo Philoxeni reſponſo Tyrannus offeſus, quali per  
 invidiam poemæ ejus reprehendiſſet, conſeſſum in Lapidicinas  
 abduci eum miniſtris ſuis imperavit. Poſtera verò  
 die hortantibus cum amicis, ut ignoſceret Philoxeno,  
 placatus eſt, eodem demum convivio excepit. Procedenti-  
 bus autem poculis, ruſſus Dionyſius poemata ſua ſactans,  
 & verſus quodam, qui felicitus conditi videbantur pro-  
 ducens, qualiæ ei poemata viderentur interrogabat.  
 Cui nihil ille reſpondit, ſed evocatis famulis Dionyſii,  
 juſſit ſe in Lapidicinas duci. Ad quem ſermonis leporem  
 Ee 2 ſubridens

subridens Dionysius, libertatem eam tunc tulit, risu reprehensionem obrundente. Paulo post familiaribus eius simul, cum Dionysio intemptivam orationis libertatem deprecantibus Philoxenus se prater omnium opinionem facturum id promissit: ita enim se responsum, ut simul & veritatem observaret, & ex Dionysii sententia diceret. Nec fallum dixit. Tyranno enim commemorante versus quosdam commiserationis affectum sapius exprimentes, interrogat Philoxenus, qualia nam sibi hæc poemata viderentur, respondit, Miserabilia: utroque sic, propter vocis ambiguitatem, praxit. Dionysio enim responsum placebat, quia putabat dicere eum versus plenos commiserationis affectu, quod bonorum potiarum esse noverat, adeoque laudatum se à Philoxeno existimabat. Alii verò veniorem sentium apprehendentes, miseram poematis naturam dixisse eum putabant. Diod. lib. 15.

Mævius poeta, cum licentiosus in principes civitatis Græco more invehctus esset, à Triumviris Romæ in carcerem coniectus, duas fabulas in carcere scripsit, Ariolum, & Leontem: in quibus delicta, & petulantiam suam, qua in prioribus fabulis utitur erat, diluit: unde à tribunibus plebis exemptus est. Gellius lib. 3, c. 3.

Gulielmus Othonis Magni filius, archiepiscopus Moguntinus, in patrem diras execrationes intendit, nisi Adeleidem uxorem, Lotharii Italiae regis viduam dimitteret, qua cum (quia commatet esset) jus connubii per divinas leges esse non posset, Otho ira percussus ipsum, ut ab ejusmodi incepto dederet, in custodiam tradidit. Adeleida ei puerum peperit, qui postea Otho secundus appellatus, patris regnum, imperiumque suscepit. Otho, cum per annum Gulielmum filium in custodia habuisset, appetente Quadragesima liberavit. Verum ille non ante expletum placterium, quod in carcere aureis scribere literis instituerat, eo uti beneficio voluit. Egressus autem eadem & mirari in patrem perrexit, atque ita dixit: Tu me arbitris, pater, tecum inclementius agere, & gravi te praxidicio premere: verum longe falleris: uter vero nostrum divinis legibus adverteatur, clarissime apparebit, cum in die Pentecostes ad causam coram Deo orandum aderimus. Quibus verbis mortis diem patri pronunciale est visus. Si quidem XVII. post anno in die Pentecostes Milimena, cum esset Imperatoris insignibus redimitus, & episcoporum principumque ceteris undique cinctus, repente morte sublatu est. Ex Petro Damiani recitat Sigon. l. 7. regni Ital.

Ocho I. victis Hungaris in Magdeburgo urbe episcopatum erigere moliebatur: quam Ecclesiam omnium Vandalorum metropolim constitueret. Transiit autem de Valerslevo pontificatum in Magdeburgum, illustriorem locum: nec putabat in sua provincia sapere se quengquam de eo interpellandum. Bernardus Halberstadensis Episcopus ordinationis regis se opponit, quod in illius parochia esset locus, quem novæ voluit rex diocesi applicare. Faciebat augebatur regis animo, quod paterna ditione locus ad se pertinere. Erat etiam Burgavivus de Magdeburgo, qui regi permisit, ut eam arcem primæ conjugii donaret titulo propter nuptias. Rex inique tulit, quod auderet Episcopus suæ voluntati contradicere. Captum ergo perducit iussit in Quedelengorg, & conclusit in carcerem. Sedit aliquandiu bonus pontifex in patientia, si forte rex ad cor reversus illum juberet relaxari. Venerat sacra dies Dominicæ canæ, recolit Episcopus divinorum, quæ in Ecclesia tunc erant peragenda, ministeriorum: jubet sacras sibi vestes affari: paratur. Indutus orat advocari regem: erat enim tunc eo loci. Venit, arbitratus Episcopum mutasse sententiam, consensumque præbiturum ad rem, quam instituerat. Ubi rex adfuit, Episcopus elevata manu, execrationem protulit, & excommunicationem in regem, qui manus intulisset Christo Domini (nondum erant desuper constitutiones, quæ nunc sunt) interdixitque facris per omnem diocesim. Rex amentiam interpretatus, quod tale aliquid captus moliretur, primum videbatur rem excepisse cachinnis. Ubi profundius cogitavit, sententiam pastoris putavit non esse contemnendam. Itaque iussit mox laxatum remitti ad Ecclesiam suam, & permanentes integra per omnes dies, quibus usus fuisset Episcopus. Post ejus excessum tandem est consummata. Crantz. lib. 4. Sax. c. 7.

Ferdinandus Davalus Pifarius in prælio Ravennatenfi captus, & Mediolani custoditus, quandoquidem exercendi corporis nulla datur facultas, ingenium literis amoenioribus ex doctrina Musæphili præceptoris haud mediocriter imbutum, ita exerevit, ut paucis diebus summæ jucunditatis

dialogum de Amore ad Vistoriam uxorem conscripserit, quibus adhuc extat, cum gravibus, tum exquisitis salibus, atque sententiis ad admirationem ejus ingenii referretur. Jovius in Pifcario lib. 1.

Exilia.

THUCYDIDES Atheniensis bellum inter Peloponnesios, & Athenienses gestum conscripsit exil in Thracia ad Scapten Hylen. Plut. de Exilio.

C. Cæcilius Numidicus, quia eum, qui se T. Gracchi filium mentiebatur, in censum non receperat, idemque in legem Apulejam per vim latam noluerat jurare, in exilium actus Smyrna subfuit. Claudia exinde rogatione revocatus, quoniam in ludis fortè de reditu literas in theatro recepisset, non prius legere dignatus est, quam spectaculum finiretur. Volat. 27. Antrop.

Dion Prusæus fugiens Domitiani tyrannidem philosophos persequentem, licet paupertate pressus, indigna multa philosopho victus gratia factiraret, agrum coleret, vineas, & hortos plantaret, neutquam tamen stadia intermisit, quin semper, cum aliquid otii suffurari poterat, lectitabat libellos, quos seculum extulerat, Platonis Phædonem, & Demosthenis orationem de legatione. Philosophat. in Sophistis.

FANNIA, Thracæ Patri Patavini, viri sapientiss. & optimi, solo virtutis nomine à Nerone cæsi, filia, Helvidium Priscum Tarentinum maritum belis secuta est in exilium: tertio ipsa propter maritum relegata. Nam cum Scenio reus esset, quod de vita Helvidii libros composuisset: rogatumque est à Fannia in defensione dixisset, quærente minaciter Mettio Cato, An rogasset? Respondit: Rogavi. An commentarios scripturo dedisset? Dedi: An sciente matre? Nesciente, respondit. Postremo nullam vocem edentem periculo emisit. Quinetiam eos ipsos libros, quantum ex necessitate, & mentis temporum abolit, Senatulus consilio publicatis bonis, servavit, habuit, tulitque in exilium exilii causam. Plin. lib. 7. & 9. Epist.

\* APOPHTHEGMATA.

ARISTIDES. Cum se unam à filiabus Dionysio tyranno matrimonio copulasse indolere, dixissetque, se potius mortem filie imprecari, quam à tyranno cam detineri: re intellecta Dionysius, illum morti tradidit. Sed interrogatus ab illo, num de filia collocacone, quemadmodum prius, ita nunc sentiret? Respondit, rerum a se gestarum conscientia affici quidem, didicorum autem nulla penitentia detinetur. Brufon. l. 2. c. 1.

PELOPIDAS ab Alexandro Phæroo captus, tyranno nuntiavit absurdum esse miseris civis (Phæreos autem intelligebat) infontes occidi quotidie, sed interrogatus ab illo, quomodo si ferret, cognoscat ulturum. Admirans igitur Alexander constantiam capti, quid, inquit, mortem accelerat Pelopidas? Tu autem diis invisus, inquit, ille, perquam celeriter optes. Brufon. lib. 2. c. 1. ex Plut.

Agis, cum in carcere rogaretur ab Ephoro, num penitiret eorum, quæ gessisset, impavidè respondit: Se nulla tangi penitentia consilia, cum prudentia honestoque conjundi: tamen si non ignoraret, se mortem præmii loco relaturum: sciens ipsam virtutem abundè magnum esse sui præmium, quicumque sequatur eventus. Plut. & Brufon. l. 2. c. 1.

SOCRATES morti jam adjudicatus. Require supra, Constantia in bono, & Philosophando.

DIODEGENES. Vide supra Constantia in bono.

ETEOCLES Antipater, cum à Lacedæmonis obfides quinquaginta peteret, Eteocles Ephorus, vir omnium constantissimus, respondit: Se pueros quidem non daturum, nec patema privati educatione malis moribus imbuerentur, quæ carentes, nec eives quidem essent: sed senes, mulieresque, duplo, si vellet acciperet, minaretur, respondit Eteocles: Non curamus minas, nam si gravia morte nobis imperas, facilius morietur. Brufon. l. 2. c. 1. ex Plut.

MEANIVS, cum oblatum à Quiritibus consulatum adverte oculorum valetudinis excusatione denegaret, instantibus cunctis immobilis animo, ac vultu: Alium (inquit) Quiritis querite, ad quem hunc transferatis honorem: nam ego veltros mores non ferre possum, nec vos mecum imperium perpetui. Livius l. 6. in Valer. Maxim. l. 6. c. 4. Plin. Junior de viris illustribus, cap. 28.

Decius Brutus, Marci Bruti patruelis, cum contra Antonium ad Hispaniam exercitum duxisset, rotamque Lusitaniam subegisset, excepta Cyania urbe, quæ magna constantia arma retinebat,

retinebat, redemptionem tentavit. Sed civis urbis omnes a uno ore Bruti legatis constantissimè responderunt, se à parentibus ferrem, bellicaque instrumenta accepisse, quibus urbem tuerentur: non aurum, vel quicquam aliud, quo libertatem ab aliis emerent. Brufon. lib. 2. c. 2.

Cum deploratis rebus amici hortarentur Catonem, ut ad Cæsaris clementiam confugeret: respondit, victoriam esse, & eorum, qui deliquissent, supplicare: Catonem nec victum, nec captum esse, qui se per omnem vitam invictum præstitisset, ac Cæsarem honestate, justitiamque longè superasset. Cæsarem potius victum, captumque esse, qui bellum, quod diu negasset se moliri adversus patriam, nunc id egisse convictus esset. Proinde pro se Cæsarem orarent, qui vellent, pro Catone neminem orare debere. Plut. in Cat.

Idem, cum in domo Drusi avunculi, tribuni tunc plebis, educaretur, ad eumque Drusum Latini de civitate impertranda convenissent, à Q. Popedio Latinorum principe rogatus, ut socios apud avunculum adjuvaret, constanti vultu, Non facturum se, respondit. Iterum, deinde, sepiusque interpellatus in proposito vultu eodem persistit. Tunc Popedius, in excessam adium partem elevatum, abjecturum se eum inde, ni precibus obtineretur, minatus est. Nec hac re Cato puer ab incepto moveri potuit. Expressa est igitur illa re hominum, Graulemum Latini nobis hunc esse tam parvum, quo fenatore, non sperare quidem civitatem licuisset. Plut. in Catone. ubi Pompejum Sylloneum Popedium vocat, Brufon. lib. 2. c. 1. ex Plut.

C. Mævius, Augulli centurio, captus, & ad Antonium perductus, cum interrogaretur: Quid de se statui jubeat? Jugulari me, inquit, jube, quia non salutis beneficio, nec mortis supplicio adduci possum, ut aut Cæsaris miles esse definam, aut tuis esse incipiam. Brufon. lib. 2. c. 1. ex Plut. Rom.

T. Vespasianus, cum deprehendisset eos, qui in ipsum conspiraverant, deduxit illos in spectaculum, atque inter illos medius confedit, ac petitis de industria mirillonum gladiis, veluti exploraturus aciem, unum uni, & alterum alteri commisit, tanquam provocans ad id, quod moliebantur. Verum his perussis: Victicine (inquit) principatum fato dari, ferulæque tentari facinus potiundi spe. Erasim. lib. 8. Apophth.

Ludovicum seniore Bavarie ducem, Stephani ducis filium, cum captivum haberet Albertus Marchio Brandenburgensis, non pauca ab eo petiit, quæ cum ille negasset, tradere eum in manus duri, & inimicissimi sibi principis imbatu. Tum Ludovicus: Qua poteris ex me, inquit, libero impetrare, eadem modò ex capto petito. Si quid amplius vises, corpus meum in tua potestate, animum mihi non tibi obnoxium invenies. Æneas Syl. lib. 3. Comment. in vest. gestas Alphonf.

Lucanus Labienum ita inducit loquentem. Ille deo plenus, tacita quam mente gerebat, Effudit dignas adytis à peccare voces. Quid queri Labiene jubes? an labor in armis Occubuisse velim patiens, quam regna videre? An sit vita nihil sed longa, an differat etas. An necesse vis ulla bono, Fortunaque perdas Opposita virtute minas? laudandaque velle Sit satis, & nunquam successu crescat honestum? Scimus, & hoc nobis non alius inferet Hammon.

Silius I.

At Panni successa ira, turbataque luctu, Et segnis gens, loca ruunt tormentaque portant, Non ignes candentes calas, non verbera passim, Tibi innumeris lacrum scindentia corpus, Carnificisve manus, penitusque infusa medullis Testis, & in medio lucentes vulnere flamma Cessare, ferum visu, diluque per artem Sævitia extenti quantum tormenta jubebant. Creverunt artus, atque omni sanguine rupto Osa liquefactis fumantur feruida membris: Mens intacta manet, superat, videtque dolores, Spectanti similis, seffoque labore ministros Taccepit, domique cruceum clamore respicit. Skat. 2. Sil. 1.

Ab, hic quem geminus, felix hominesque, Deosque, Et dubios casus, & casto lubrica vita Effugit, immuniu sati non ille rogavit. L. B. Theat. vit. Human. Tom. I. I.

Non timuit, metuitve mori. Idem 5. Sil. 1. Nec tamen hic mutata suis prohibetæ secundis Intumuit: tenor idem animo, morefque modesti Fortuna crescente manent. Sil. 3. Hannibal oratio.

An Romana juga, & famulas Caribaginis aris Perpetias stimulant Manes, notisque per umbras Invepitans genitor, stant arce, atque horrida sacra Ante oculos, brevisque vetat mutabilis horæ Prolatæ diem, sedæmve ut noverit una Metantium Caribago? & qui sinus nesciat omnis Gens hominum, leibique metu decor alta relinquam. Quantum etenim distant à morte silentia vitæ?

Hor. 3. Carm. 5. Reguli Constantia.

Fertur pudicæ conjugis osculum, Parvosque natos, ut capitis minor, A se removisset, & virilem. Torvus humi posuisse vultum Donec labentis consilio patres Firmaret auctor nunquam alias dædæ, Interque merentes amicos Egregius properaret exul. Atqui sciebat, quæ sibi Barbarus Toror pararet; non aliter tamen Dimovit absentes amicos, Et populam reditu morantem, Quam si clientum longa negotia Dijudicata lite relinqueret? Tendens Venasorum in agros, Aut Lacedæmonium Tarentum.

Sil. Reguli oratio.

Tum palmas simul atrolens, ac lumina celo Jussit, & relique dator, qui cuncta gubernas, Nec lenior mihi diva fides, Serranaque funo, Quos reditus testis jurata mente vocavi. Sit mihi fas me digna loqui, Latiosque tueros Vos ficos: ibo ad Tyrios non segnior, inquit, Stante fide reditus, & salvo sanere pavore. Sic nobis verum exitio desistite honorem Tendere, tot bellis, totque annis fregimus ævum. Nunc etiam vinculis, & longo carcere torpent Captivo in senio vives: fuit ille, nec unquam Dum fuit à duro cessavit munere Martis Regulus exangui spectatus corpore nomen. At non Caribago fraudum domus inficia quantum E nobis restet, juvenes parat aspera ferro Peßora captivo nostra pensare senectæ. Ire dolos contra: gensque astu fallere leta Discat me capto, quantum tibi Roma superstit, Nec verè placeat nisi que de morte parentum Pax erat, exposcunt Libyci, nobisque dedere Hæc referenda pari libet h pendere bellum. Fardere, ut ex aquo geminas conscribere leges. Sed mihi sit Strygis ante intravisse penates, Talia quam videam ferentes patra Latinos. Hæc fatus, Tyria sese jam reddidit iræ.

Martialis I. de MUTIO SCÆVOIA.

Dum peteret Regem decepta satellite dextra, Injeit sacris se peritura facis. Sed jam sæva pius miracula non tulit hostis, Et raptin flammis jussit abire virum. Ore quam potuit contempto Mutius igne, Hanc spectare manum Porfena non potuit. Major decepta fama est, & gloria dextra: Si non errasset, fecerat illa minus.

Sil. 13. Scipionis constantia.

Tum juvenis, quæcumque datur fors durior ævi, Obnitetur, ait, culpa modò peßora cessent.

Sil. 7. Camilli constantia.

Quantus, qualisque fuisse Cum pulvis Lare, & extorris Capitolia curris Intrares exul: tibi corpora cæsa, Camille, Damnata quot sunt dextra? parata fuissent Ni consulta viro, mensque impenetrabilis iræ, Mutassentque, sceptris Æneja regna Nullaque; tunc staret terrarum vertice Roma.

EXEMPLA HISTORICA.

Vide Constantia in bono. Ec 3. D. Aur.

D. Aur. Augustin. Hipponensis Episcopus, cuius ante me-  
minimus, semper aliquid vel legebat, vel scribebat. Sab.  
1.1. Fulg. 1.8. c. 7. Egnat. eodem. Sciebat namque infinitum  
esse animam nostram finem, ideoque, ut post illum scripsit S.  
Bernardus, non nisi adeptione infiniti posse expleri, sem-  
perque discendum, quod vivimus.

M. Horatio Pulvilo Cos. Capitolini Jovis templum de-  
dicat, ab emulis falsus assertur nuncius filium in praelio  
perisse. Tum ille, ego luctum non accipio, inquam,  
vos cadaver ubi vultis efferte, institutum constanter pe-  
regit. Sab. lib. 9. c. 1.

Capta ab Alarico urbe Roma, Vide supra, Pu-  
dicitia tuenda.

AGESILAUS, cum audisset maleficum quemdam hominem,  
ac scelerosum, summa constantia se in omnibus tormentis opo-  
suisse, ac forti animo dolorem omnem pertulisse: Quam  
miser, inquit, homo est, qui constantiam in res tam flagitio-  
sas, ac turpes collocat? Dolebat egregio duci, tantum ani-  
mi robur, ac naturam vim in res turpi contumptam esse; quam  
si ad res honestas tulisset, magno usui poterat esse Republice.  
Plut. in Lacon. Erasim. 1.1. Apoph.

ZENO dicere solebat: facilius esse vitrem inflatum mero-  
gere, quam quemvis probum virum invitum ad aliquid  
agendum, cogere. Nam invictus animus rationis recta pla-  
cis confirmatus, cedit nemini. Philo Jud. lib. Quod om-  
nis probus liber.

ANAXARCHUS, cum a Nicocreonis Cypri tyranno in saxo  
concavo tunderetur, phylorophus animo infractus: Tunde,  
tunde Anaxarchi vasculum, ait, Anaxarchi constantiam non  
terris. Brasen. lib. 2. c. 2. ex Plus.

XANTIPPE de Socrate marito predicare solebat, quod sem-  
per vidisset illum eodem vultu revertentem domum, quo exie-  
rat. Argumentum verè constantis animi: cum alii domo  
egressi, si quid accidit triste, redeant turbidi: si quid læti, ge-  
fientes: Erasim. 1.8. Apoph.

PHILOXENUS, cum Dionysii tyranni poemata, utpote in-  
docta, una litura excluderet, in latomias detrusus est: inde  
amicorum precibus revocatus, ubi denuo Dionysium sua car-  
mina recitantem audivit, surrexit, & rogatus a Dionysio,  
quid ita fecisset; constantissimè respondit: Satiatus, suavius  
esse in latomias vitam agere, quam ejus audire poemata.  
Brasen. lib. 2. c. 1. ex Plus.

THEODORUS Lyfimacho Macedoni mortem crudelissimam,  
C. minitanti, respondisse fertur: Minitare hæc purpuratis tuis:  
Theodori quidem nihil interest, homo an sublime in cruce  
putrefcat. Cic. 1.1. Tuscul. 4. Brasen. 1.2. c. 1.

\* HIEROGLYPHICA.

Erat legio (militum Romanorum) que rutilam equum in ce-  
rulea parma gestabat, in medio vitidis orbis constitutus, cui  
quadripes toto inniti pectore videbatur, ea constantia nuncu-  
patur, qua sub Magistro peditum merebat, Constantiano  
quippe principe instituta. Pier. Var. lib. 4.

NAZIANZENUS pro Constantia Salamandram ponit, dum ani-  
mal in igni medio, qui omnia domat, id solum latari dicit, ac  
vivere, sed cum omnino extingueret. Ita se cum Basilio, Athe-  
nis in igne perfidia Deum verum colendo incolentes versatos  
gloriantur, quoniam cum professione sua, atque constantia sup-  
peressit. Pier. Var. lib. 16.

Vide, Fortitudo, Perseverantia.

\* CONSTANTIA RELIGIOSA,  
ET PIA.

Nonnulla Exempla petantur ex superioribus. Vi-  
pura de Religiosis defensione, Fide erga Deum, Sacris de-  
fendendis, &c.

EXEMPLA S. SCRIPTURÆ.

Non est respiciendum retrò post egressum de societate malo-  
rum, sicut fecit Uxor Loth, quæ versa est in statuam. Gen. 19.  
Singularis diebus, molesta erat Joseph domina ejus. Et tamen  
ille perseveranter resistebat operi nefario. Gen. 39.

Nunquam potuit Moyse israelici, aut vincii, quod vel in Egi-  
ptu immolaturus domino remaneret, vel parvulus, aut jumenta  
populi dimitteret Pharaoni. Exod. 8. 9. 10.

Durè reprehensus David à fratre suo majore, & etiam dis-

suasus à Saule, non desistit ab incepto, sed viriliter pugnavit,  
& Goliath vicit. 1. Reg. 7.

Perseveranter egit Joab in obsidione Rabbath, donecca-  
pta fuit civitas. 2. Reg. 12.

Item in praelio contra Absalon. 2. Reg. 18.

Et contra Sebam filium Boetri, in obsidione civitatis  
Abela. 2. Reg. 20.

Quamvis Nehemias in ædificando multa passus fuit im-  
pedimenta, non tamen cessavit ab opere, donec murus fuit  
totaliter constitutus. Nehem. 4. 6.

Cum Tobias semper ab infamia sua timeret Deum: non est  
contristatus contra Dominum, quod plaga cæcitate eveniret,  
sed immobilis in Dei timore permanit. Tob. 2.

ELACHIM sacerdos magnus, allocutus est omnem Is-  
rael, dicens: Scitote quoniam exaudivit Dominus preces  
nostras, vi manentes permaneritis in jejuniis, & orationi-  
bus in conspectu Dei, &c. Judit. 4.

Scire cupiebant famuli regis Affueri: utrum Mardocheus  
perseveraret in sententia de non adorando Aman: qui ita  
constanter persistit in proposito, ut non solum adorare nolue-  
rit, sed nec ei affurgere transiit. Est. 3. 4. 1. 5.

Socii Danielis constanter dixerunt Regi Babylonis: No-  
tum sit tibi, rex, quod Deos tuos non colimus, & sta-  
tuam tuam non adoramus. Dan. 3.

Non dimisit Daniel propter crudele decretum Darii, quin  
oraret in die, sicut ante consueverat, Dominum suum. Dan. 6.

Constantiter resistit Susanna duobus presbyteris senibus, qui  
eam tam vehementer pulsatione tentabant. Dan. 13.

Multi de populo Israel diffinierunt apud se, ut non man-  
ducarent immunda, & elegerunt magis mori, quam coin-  
quinari immundis. 1. Mach. 6.

Miram constantiam, & perseverantiam habuit Eleazar  
in tormentis, & magis elegit gravissima morte puniri, quam  
contra legem carnes edere porcinas, vel simulare se co-  
medisse. 2. Mach. 6.

Septem illi Fratres, cum pia Matre sua, benè perseverave-  
runt usque in finem, nec poterant ad prævaricationem legis  
abduci blanditiis, aut tormentis. 2. Mach. 7.

Firmissimum virginitatis propositum habuit beata Maria  
virgo, quæ noluit consentire in conceptione filii, donec  
intellexit quod hoc fieret non opere viri, sed virtute Spi-  
ritus sancti. Luc. 1.

Ponit Dominus exemplum de illo Homine ab aliis illu-  
dendo, qui incipit turrim ædificare, nec potuit consum-  
mare. Luc. 14.

Græcus natus à Domino illuminatus, constanter perseve-  
ravit contra Phariseos veritatem confitens, & defendens. Joan. 9.

Omnes Discipuli domini erant perseverantes in oratione unani-  
miter, cum mulieribus, & Maria matre Jesu. Act. 1.

Principes Judæorum videntes Petri constantiam, & Joannis  
comperito, quod homines efferent sine literis, & idiotæ ad-  
mirabantur. Act. 4.

Videns Barnabas, quod multi Antiocheni erant ad fi-  
dem conversi, hortabatur omnes, in proposito cordis per-  
manere in domino. c. 11. ibid.

Paulus, & Barnabas suaserunt fratribus, ut perman-  
ent in gratia Dei. cap. 11.

Spiritus S. per omnes civitates protefatur Paulo, quo-  
niam vincula, & tribulationes in Jerusalem sustinere de-  
beat. Sed nihil horum (inquit) vereor, nec facio animam  
meam pretiosiores, quam me. Act. 20.

EXEMPLA. ET APOPTHEGMATA.  
HISTORICA.

Pacomio Abbati id unum curæ semper fuisse commo-  
morant, juniore ad piam hanc, & religiosam Constantiam  
adhortari. Ita enim dicebat: frustra ad salutis bravium  
currimus, nisi curramus sic, ut comprehendamus. Frustra  
cum hoste confugimus, nisi certemus, ut vincamus. Ma-  
rul. c. 8. Metaphrasi. & alii.

THEODORUS Monachus Pacomio discipulus, professionis sue  
initio, multum à matre sollicitatus, ut ad sæculum rediret,  
nunquam assensum præbuit, cum autem literas ab Antistite  
loci attulisset, quibus libera ei fieret recedendi facultas, Chri-  
stum præferens, regredi noluit. Ne, inquam, scandalizan-  
tem oculum à me projectum, iteratò requirere videat, & ita  
esse maluit Dei filius, qui matris esse recusavit. Marul. 1.3. c. 8.  
in vitis PP. L. Beyerl. in Apoph. Christ.

Refert Cassianus Ercmi Cultorem quemdam usque adeo  
vitz

vitz solitaria flagrate desiderio, ut dum fasciculum literarum  
A à patris accepisset, nec aperire quidem illum dignatus sit, sed  
in ignem coniecit, hoc dicto: Ite cognitiones patris, pari-  
ter contemnamini: nec me ulterius, ad ea que fugi, revocare  
tentetis. Cassianus Monach. lib. 5. cap. 32. Beyerl. supra.

DIDACUS Andrasas Soc. Jesu. Non immerito illum cele-  
bramus, quem etiam hæc virtus exultit. Erat enim B. Ignatio  
subcensuratus: cumque pugionibus confossus in Pelagus  
præcipitaretur, socios ad pugnam spirituales cohortatus, Pu-  
gnemus, ajebat, socii fortiter, sanguinis prodigi: Christi  
enim sanguine redempti sumus. Quid hic prius mirabimur, an  
admirabilem nivei pectoris constantiam, an verò religiosam  
illum in Dominum tuum Christum fiduciam? In vita F. Bor-  
gii. lib. 3. c. 10. Beyerl. supra.

Vide de Animi fortitudine, Martyrio, item Fi-  
ducia in Deum, &c.

\* CONSTANTIA IN FIDE.

CONSTANTIUS Constantini Magni pater illis, qui in Regia  
ipfi serviebat, libera data optine (que etiam illis, qui aliquem  
B dignitatis gradum in familia ejus obtinebant, delata fuit) hanc  
tulit conditionem, ut vel dæmonibus immolando integra ha-  
berent potestatem tum apud ipsum commorandi, tum con-  
suetis honoribus persuendi; vel, si minus hoc exequeren-  
tur, aditu ad ipsum prohiberentur, & à consuetudine ipsius,  
ac familiaritate penitus repellerentur. reicerenturque (omni-  
bus que ad impura ethnicorum sacra pertinebant adornatis, ad  
sacrificia idolis offerenda eos hortatur, addita comminatione  
de capitis diminutione, & extremis supplicii, quibus efficien-  
di essent ii omnes, qui sacrificare diis ethnicis detrectavissent.)  
Postquam igitur in duas partes dirempti fuerunt, alique in  
hanc, alii in illam segregati, singuli singulo quo animo essent,  
& instituto perspicue ostenderunt (suerunt enim, qui in gra-  
miam Constantii se esse Christianos prius mentiri fuerant, &  
saltem ethnicissimum se in corde fovere dissimulaverant, aut  
eum essent initiati Christianismo, eundem honoris, & lucri  
gratia, & ne ejus causa in discrimen adducerentur, abjurare  
parati erant, atque hi hilares, & prompti ad sacrificium pro-  
fuerunt, idolomaniam exercebant: alii honores, vitam, fa-  
vorem principis, facultates opum, clientelas, & suam, mi-  
rumque incolamitatem Christi causa amittere parati, nec mi-  
nus, nec pollicitis, nec metu suppliciorum eo adigi poterunt,  
ut idololatiam cum cæteris exercerent.) Ibi tum admirabilis  
ille Constantius, commentò, quod relatum erat, statim post  
patefacto, quorundam timiditatem, & nimium amorem, quo  
ipfi se suamque vitam committentur, vehementer coar-  
guit, alios ob sinceram, & integram erga Deum mentem ap-  
probavit plurimum: illos deinde tanquam Dei proditores im-  
peratoris servitio indignos censuit: quomodo enim, inquit,  
fidem erga imperatorem servare poterunt in violatam, qui ad-  
versus Deum Opt. Max. perdidit esse manifestè convinctur.  
Quapropter hos procul à regali suo domicilio statuit amandan-  
dos, illos verò qui veritatis testimonio digni Deo fuere com-  
probati, similes erga imperatorem fore affirmans, stipatores  
suos, & ipsius regni custodes constituit: inquam, id genus  
homines in præcipuis maximeque necessariis amicis, & fami-  
liaribus numerandos esse, multoque plurius, quam æraria in-  
genti thesauro resecta merito aestimandos. Euseb. lib. 1. cap. 11.  
Sozom. lib. 1. c. 6.

Greg. Naz. agens de iis, qui sub Galerio Maximiano in syl-  
vis locis montanis, & lacubus ferarum vivebant (quod in iis  
solum à persecutorum rabie sperandum esse esse securos)  
ait eos quando temporis diuturnitate fracti essent, ac debilita-  
ti, dixisse: Fieri nequit, ut Deus ille miraculorum, qui pe-  
regrinum populum, & profugum ita copiose in deserto aluit,  
ut ei panem plueret, & aves effunderet, non solum peccatis  
sed deditioribus, cum cibis nutritis, &c. non pietatis hodie-  
nae die lautioribus obnoxiosus pascat. Tot ferè divitum mensis,  
qualis quondam nobis erant, fuga clapsa in his montibus lati-  
tant, teo effulente aves supra nos, quos expectamus, super-  
volant, quorum quid omnino est, quod te solum annuente  
non facile capi possit? Hæc eorum verba erant, ac præda ver-  
borum eorum erat obnoxiosus sponte oblata, convivium nullo  
labore instructum, cervi è tumulis repente apparentes, qua  
magnitudine, quam pingues, quam ad necem prompti, &  
parati; propemodum eos coniecisses, quod non citius vocati  
essent moleste ferre: isti capium nutu trahabant, hi seque-  
bantur, quo infectante, & cogente? nemine: quibus equis?  
B. L. Theat. vit. Human. Tom. II.

quibus canibus, quo latratu, & clamore venatico, quibus ju-  
venibus viarum exitus occupantibus, ut venationis leges po-  
stulant? Orationis tantum, justæque petitionis vinculo con-  
stricti. Quis vel nostra, vel omnium, qui unquam fuerunt me-  
moriam talem venationem, capturamque cognovit, &c. Naz. in  
laud. Basil. Bar. ad an. 304.

S. Januarii Episc. Beneventanum infracto animi robore  
se Christianum profitemens, & cultum dæmonum detestan-  
tem in ardentem formacem Præfès Timotheus Nolz sub Maxi-  
miano Imp. majori iracundia incendio æstuans justitè includi:  
Sed divina virtute illæsus permanit, & liber, hilarisque pro-  
diens contra se Præfidem acriter excitavit, à quo nervis crude-  
lissimè cædi jussus, Puteolos postea antè rhedam perductus est,  
ibi audiendus, cum aliis martyribus eodem in loco carcere  
diutius afflictatis: ubi verò omnes auditi, & Christo fideles  
inventi sunt, damnantur ad bestias, quæ cum naturalis oblitæ  
ferocia illis ablandirentur potius, quam in eosdem savirent,  
ferales suos impetus vix sunt in Præfidem transiitile. Quem  
vehementiori furore in martyres insulantem, Januarius tan-  
dem cohibiturus ferociam hominis (ut olim Paulus Ely-  
mam Magum) cæcitare percussit. Ipsum verò demum paulu-  
lulum respicientem, & lumen oculorum ab eo pariter ex-  
poscentem pristina reddidit sanitate. Baron. in Annal. Anno F  
Chr. 305.

\* Consuetudo.

Vide Assuetudo.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Consuetudo, Græcis νόμος, hinc νόμος consuetudo dicitur,  
Consuetudo enim quasi applicor, atque describitur  
ad aliquid agendum, ita ut consuetudinem faciam. Inde  
consuetudo, & consuetudo. Plaut. quoque consuetudinem  
pro consuetudine usurpat. Nonnunquam accipitur pro fa-  
miliaritate: Item pro usu actus generis.

Consuetudo est jus quoddam moribus institutum, quod pro  
lege suscipitur, cum deficit lex, c. Consuetudo, dist. 1.

Consuetudo, lex non scripta, optimi legislatoris inscrip-  
tum nomen habens, videlicet omnium comprobationem:  
fortassis autem & naturali justitia proxima fuerit patriæ  
consuetudo. Hierocles.

Consuetudo, mos, institutum, usus, consuetudo Hebr. Limmud,  
disciplina, assuetudo, ab Lammad, didicit, assuetudo est.

EXEMPLA, ET APOPTHEGMATA.

Antisthenes, dicere solebat, Omnia mala habenda pro pe-  
reginis. Vulgus hominum ea tantum probat, quibus assue-  
vit: ab exoticis abhorret, non quia per se mala sint, sed quia  
peregrina. At sapienti nihil peregrinum esse debet, nisi quod  
cum vitio conjunctum: neque enim ideo temulentia detestanda,  
quod alicubi non sit in usu, sed quod per se turpis. Hunc  
ex usu regionum de rebus judicat populus. Laert. 1.5. c. 1.

POLYENUS, consuetudinem dicebat initium exiguum ca-  
pere, neglectam autem vires maximas fumero. Anton. in Mag.  
serm. de consuetud.

PHILO, non rus (inquit) improbos, non urbs bonos effi-  
cit: sed similitudo congressus, & consuetudo. Ant. serm. 22.

M. Pomponius Marcellus, cum ex oratione Tiberii Cæ-  
saris quiddam reprehendisset, contra affirmante Artoje Cæ-  
pitone id esse Latinum, & si non esset, futurum certe:  
Jam inde, inquit, mentitur Capito. Tu enim, Cæsar, civi-  
tatem dare potes hominibus, verbis non potes. Homini-  
bus datur civitas, qui recipiuntur in jus civium, verbis  
datur civitas, quæ recipiuntur in consuetudinem sermonis  
Romani. Quemadmodum multæ voces non Græcæ tan-  
tum, sed Britannicæ, & Gallicæ, & Persicæ civitate Ro-  
mana donatæ sunt. Id publicus usus potest, Cæsar non potest.  
Erasim. Apoph.

CONSUEUDINIS VIS, ET EFFICACIA.

Consuetudo, quæ velut secunda, & effabricata Natura à  
S. Augustino dicitur, paucis perscrutanda: eam enim vincere,  
dura est pugna; vicisse, maxima victoria. Certè D. Bernard.  
cum in Francia finibus agens, nobilium offendisset in tantum  
luxuriæ vitio deditum, ut quolibet die eodem se inquinaret;  
eum severa oratione, at nihil proficiente, admonuit. Qui dum  
abstinere nullo modo posse assereret. Quæso, inquit, Ber-  
nardus, saltem aliquales cum Deo inducias facito, ut minus  
ad triduum. Annui ille: & ecce triduo expleto, Nunc in ho-  
norem Deiparæ, inquit vir sanctus, tantumdem præsta, pareat:  
tum tertio Bernardus, Semel adhuc has inducias posco in ho-  
norem

Ec 4

norem omnium Sanctorum: & ille rursus ea pacificetur: donec A sponte Bernardo se insinuans, dicere: Nolim amplius divinas, sed perennes cum Deo inire inducias. Tantum prodest in-  
Beyerl. in Apop. Christ. tit. de Consuetud.

Quanta vero innata jam consuetudinis vis sit, & usus suo di-  
cto alterius Ecclesie Doctorem Chryostomum, auctores sunt  
Anton. Max. Ser. de consuetud. dicebat autem: Nihil tam  
firmum est in rebus humanis, quam veteris consuetudinis ty-  
rannis. Hinc vere Ethnici alteram naturam dixere consuetudi-  
nem, ejusque imperium gravissimum, nam ut recte Juven.  
— Laqueo tenet ambitiosus  
Consuetudo mali.

Ludovicus Palatinus Comes, præclarus vir jure inter præ-  
claros Civilis ordinis, à nobis recessit. Cum enim quid-  
nam eligendum, optandumque alterarentur nonnulli: inter-  
rupto sermone, Eligenda est, ait, optima vite ratio, quam  
consuetudo reddet suavissimam. Meminerat illius Stagira: :  
Multa que natura sua non sunt delectabilia, cum fuerint assue-  
tudine superata, tandem sunt delectabilia. Timot. Berck. in  
Orat. Fun. Ludovici.

Quidam interroganti, quidnam homini inter cætera esset  
suavissimum: Id, ait, quod tota vita consuevit? Quare Orolius  
de Ornesta lib. 1. præclare sentit: Dum, inquit, perpetuo in  
vita sua tranquillatum, & deliciarum sereno assueti sunt,  
ad omne, vel modicum obductæ solitudinis nubilum commo-  
ventur.

\* HIEROGLYPHICA.

Consuetudinis perniciosæ hominem indicaturus quispiam  
caprimulgum avem pingat: ea enim inter capras familiariter  
versatur, appetitque earum ubera fugere: quod cum fecerit,  
uber extinguitur: capra, ut ajunt, excæcatur. Pier. Vall. 26.  
pagina 238. E.

Confules.

Vide sub Tit. de Magistratu. Item de Insignibus notis  
rerum, Ambitione, Gloria cupiditate.

Consulor.

Vide Locum de Consilio.

\* DEFINITIO, ET VOCIS USURPATIO.

Consulor verbale est à Consulo, quod est proprie consi-  
lium peto; dicitur is, qui alium consulit, id est, ab alio  
rationem, aut consilium inquiri: *consulor, quævis*. Quamvis  
etiam pro illo accipitur, qui alteri consilium, & auxilium im-  
parat: qui Græcis *σὺμβουλος βουλευτής* appellatur. Exempla  
sunt obvia.

CONSULERE ALTERI.

QUID.  
Pacem.

Cum Scipio duras pacis condiciones Carthaginensibus præ-  
scripsisset, easque tumultuose multitudine audivisset, & Gisco  
D ad dissuadendam pacem suggestum ascendisset, ab Hanniba-  
le ex superiore loco est videtur. Quæ insueta liberè civita-  
tis species cum populi fremitu movisset, perturbatus Han-  
nibal, imprudens excusavit, quod puer patria profectus,  
leges, & jura civitatis, ut homo militiæ assuetus, parum calle-  
ret. Inde de pace discessit, cætera excecus, quæ præsentis Ita-  
litarum conducere, pacem ut aquam, & necessariam proba-  
vit: ac secundum eam concionem ad mare descendens, ubi  
navis ad id prius parata erat, sponte in exilium abiit, ne Scipio-  
ni traderetur. Sab. l. 5. c. 5.

Veneficium.

Pædagogus senex apud Euripid. in Ione consultit ipsi Creu-  
sæ, ut tollat veneno Xuthum maritum cum novo filio Ione,  
inquiens: Eapropter te jam muliebri quiddam facere oportet.  
Aut gladio, aut dolo, aut venenis tuum interfice maritum,  
& puerum, antequam mors tibi ex illis veniat. Si enim negli-  
gentibus fueris, privaberis hac vita. Duobus enim hostibus ve-  
nentibus sub unum teclum, aut alterum oportet infortunium  
pati, aut alterum.

QUI.

Stulti.

Herodotus Crcesum Lydorum regem insanum, vanum, &  
ridiculum dixit in omnibus fuisse: ab hoc nihilominus docet  
captive instructum, & correctum Cyrum Regem Persarum,  
quem prudentia, virtute & magnanimitate longe omnibus re-  
gibus præstitisse apparet. Plut. in Apop. Herod.

QUIBUS.

Ducibus.

Cum in Atticam incurrisset, & depopularentur oram ma-  
ritimam Macedones, eduxit juventutem Phocion. Ibi Multis  
accurrentibus, monentibusque, ut illum tumulos occuparet,  
hinc instrueret aciem: Papæ, inquit, quam multos duces, pau-  
cos video milites! sed tamen signis collatis fudit, occiditque du-  
ctorem Macedonum Niconem. Plut. in Apop.

Legatis.

HOMERUS in valde angustiis Græcorum rebus (cum mite-  
rentur legati ad Achillem, ut placaretur Agamemnoni, open-  
que ferret exercitui, in magnis periculis constituto) fingit Ne-  
storem, quamvis intelligeret legatos esse sapientes, tamen non  
cessasse ipsis stimulum admove, & consilio suo eos meliores  
reddere. Vid. l. 3. Var. Læc. c. 1.

Hofibus.

CENSORIUS apud Appian. in Libico auctoritate senatus Ro-  
mani suadens Carthaginensibus, ut relicta urbe, quæ everten-  
da erat, locum alium à mari LXXX. stadiis distantem caperent:  
Carthaginem nihilominus mensuram dicebat, quod Viri non  
Locus civitatem facerent.

QUOMODO.

Symbolicè.

Adolefcens quidam Atarnetes Pittaco consuluit, utra  
sibi à duabus ducenda esset uxor. Nam duæ offerreban-  
tur: altera par opibus, ac genere, altera utroque supe-  
rior. At ille sublato scipione, quo mitebatur, admonuit,  
ut pergeret ad trivia civitatis, quò pueri trochis ludentes  
conveniunt: eos consuleret, & quod illi dedissent consi-  
lii, id sequeretur. Pueri ex proverbiali cantione responde-  
runt, *πῶς ἴσως ἴνα*. Aequalem uxorem esse ducendam.  
Itaque adolefcens altera præterita, duxit aequalem. Laert. l. 9.  
Callimachus.

Prudenter, Astute, Stulte.

Vide Locos Habituum similitum.

HIERON Syracusanorum tyrannus, xv. annorum puer,  
ab Hierone Andronodori tutoris impulsu à Rom. brevi aliena-  
tus est. Obstitit aliquandiu Thrafo tutorum unus, qui falso,  
Theodori cupidum indicio, velut pupillo capitales tenderet  
insidias, interfecitque est. Eo sublato, puer apertè ad Hanni-  
balem defecit, missis ad hoc ipsum legatis, qui cum eo dese-  
derent. Sed paucis diebus quibus hæc citro ultroque sa-  
tata sunt, cum fortè in Leontinos venisset, sibi à conjuratis  
multis est vulneribus confosus, & relictus insepultus. Sab.  
lib. 5. Ennead. 5.

Quere plura Tit. de Prudentia, Consilio, &c.

CONSULERE ALIUM.

Ex Loco Prudentia multa hæc exempla faciunt.

Cum Moyse Deus loquebatur: & tamen consilium regendi  
populi à focero suo, licet alienigena, & minime superbus, &  
maximè providus accepit. Exod. 18.

PERICLES clariss. Atheniensium Dux Menippo est ad res fo-  
ris gerendas usus: Ephialtis opera consilii Ateopagici aucto-  
ritatem fregit: Charini legem contra Megarcens perituli:  
Lamponem ad coloniam Tburios ducendam legavit. Plut. in  
Præceptis. Politicus.

PANÆTIUM Stoicum philosophum accivit P. Scipio, cum  
senatus eum misisset genium improbitatem, & bene con-  
stitutos mores speculatum. Plut. cum Principibus esse philo-  
sophandum.

C. Lælio idem Scipio domi, militiæque semper consiliorum  
auctore utebatur: ut dicerent nonnulli hitionem actio-  
num Scipionem, Poetam esse Lælium. Plutarch. an Senectud.  
resp. 3.

CICERO fatebatur optima se, & summa consilia sua, quibus  
salubriter consul insidens patriam servavit, cum P. Nigidio  
philosopho infasse. Idem.

Tiberius Cæsar, cum Varianam cladem negligentia Quin-  
titi ducis accidisse cerneret, qui semper alias sui arbitrii,  
contentusque se uno fuerat, tunc præter consuetudinem, cum  
pluri-

pluribus de ratione belli in Germaniam veniens consultavit.

A Sueton. NERO Cæsar quoties ad consulandum foderet, neque in  
commune quicquam, neque populum deliberabat: sed &  
conscriptas ab unoquoque sententias tacitas, ac secreto legens,  
quid ipsi libuisset, perinde acque pluribus idem videretur,  
pronuntiabat. Sueton.

M. Antoninus Pius Imperator multa de jure sanxit, usulque  
est jurisperitis, Vinidius Vero, Salvio Valente, Volusio Me-  
tiano, Ulpio Marcello, & Jaboleno. Neque de provinciis, ne-  
que de illis actis quicquam constituit, nisi quod prius ad amici-  
cos retulit: atque ex eorum sententia formas composuit. Vifus  
est sanè ab amicis, & cum privatis vestibus, & domestica qua-  
dam genere. Capitulinus.

LAURENTUS Medices Petri F. Reipublicæ Florentinæ prin-  
ceps in consulendis amicis, five ille fidei hominum, five con-  
stantiæ diffideret, aliquando variavit: minime diu isdem  
usus. Quos verò in consilium adhibere decrevisset, non illos  
quidem eodem tempore, sed deductos ab aliis de Rep. consu-  
lebat. Ita ubi ab aliis, qui quæ aliorum esset sententia ignora-  
rent, eadem afferri compelleret, in multorum consensu, quem  
B neque præsentium æmulatione divelleret, neque studium, &  
gratia in mala sententia tueretur, consilium optimum esse, &  
tutissimum arbitrabatur. Brut. l. 5. hist. Florent.

CONSULTARE.

Ex Loco Prudentie in Consulendo, præfens titulus  
illustrandus.

Bellum inter Theffalos, & Phocenses atrox erat. Phocen-  
ses magistratus illorum, & tyrannos in civitatibus suis uno  
die universos interfecerant. Theffali flagris ad necem usque  
verberarent quinquaginta illorum obides: mox omni no-  
mine exiit Theffalorum, in fines eorum per Locros irupe-  
rent, decreto proposito, ut omnes puberes interficerentur,  
impuberes, & femine in servitutem redigerentur. Ibi Daiphantus  
Bathillii filius, qui tertius in summo magistratu erat, au-  
ctor fuit Phocensibus, ut ipsi Theffalis occurrerent, ac cum  
eis dimicaret: uxores, ac liberos ex tota gente certum in lo-  
cum cogent, rogamque circa extruerent, adjuncto præsidio,  
C cui præcipient fieri cernerent rem inclinatam, ut illico materiam  
subderent flammam, corporaque concremarent. Quibus  
cum reliqui assenti essent, unus surrexit. Hic par ait esse, ut  
mulieres ac comprobarent: sin minus, non tantandum, neque  
vim eis asserendum. Re ad Feminas delata, ipsæ seorsum con-  
cilio habito approbarent decretum, ac Daiphantum, quod  
optimè consulisset genti, corona donaverunt. Pueros quo-  
que memorant sua habita per se concione huic decreto scri-  
psisse. His paratis ad Cleonas Hycampolidis Phocenses victo-  
riam retulerunt. Græci hoc Phocensium decretum Desperationem  
vocarunt. Mense autem Elaphebolione, omnium sum-  
mum festum Hiampoli Dianæ hujus victorie causa etiam nunc  
celebrant. Plut. de Virtutib. mulierum.

Milefiorum tyrannus oppressis Thoante, & Damasenore,  
factiones civitatem tenuerunt duæ: quarum una Plontis, altera  
nominabatur Chiroemacha. Cum autem pollerent, qui in  
auctoritate erant, remque publicam traxissent ad suam fa-  
ctionem: deliberabant de summa, navigia confederentes, ve-  
ctique procul terant in alium: deliberatione habita in portum  
recurbant. Hinc à navigandi crebriitate. Ainautæ appellati  
D sunt. Plut. in pr. Græcis.

Populo Romano memoravit Augustus Cæsar successorem  
imperii relicturum, qui nunquam eadem de re bis delibe-  
rasset: Tiberium denotans, in consulando lentissimum. Plut.  
in Apop.

ALBIONIS Longobardorum Rex ad primos Italiæ fines  
montem excelsum ascendit, qui deinde ab eo Mons regius  
dicitur est: atque ex eo subjectam Italian contempans, Italia  
dexteram ob camporum planitiem, & fertilitatem petendi  
consilium cepit. Sig. l. 3. regni Ital.

Germani de conciliandis invicem inimicis, & jungendis af-  
finitatibus, & addiscendis principibus, de pace denique, ac bello  
plurimum in conviviis consultant: tanquam nullo magis  
tempore, aut ad simplices cogitationes pateat animus, aut ad  
magis incalescat. Gens non astuta, nec callida aperit adhuc  
secretæ pectoris, licentia loci ergo detecta, & nuda omnium  
mens postera de retractatur, & salva utriusque temporis ratio  
est. Deliberant, dum fingere nesciunt: constituunt, dum ce-  
rare non possunt. Tacit. de moribus Germanorum.

BULEUTERIA, LOCA CONSULTATIONUM.

Cyzici buleuterion vocant ædificium amplum, sine ferreo  
clavo, ita disposita cogitatione, ut eximantur trabes, sine ful-  
turis, ac reponantur. Quod enim Romæ in ponte publico re-  
ligiosum est, posteaquam Coelitus Horatio defendente agrè  
revulsus est. Plin. l. 36. c. 15.

Cætus, & belli consilia, in Deli insulæ templo, nonnun-  
quam apud Olympia Græci olim habebant: deque rebus ma-  
ximis de concilii sententia decernebant.

Romæ ædes Vulcani extra mœnia à Romulo fuit ædificata,  
ut esset confessus ei, & curia arcana cum regni consortio Tatio:  
quo coacti ibi cum Senatoribus sine interpellatione de Reipubl.  
quiete deliberarent, Plut. in Cont. Rom.

Contactus.

IMPUDICUS.

Quere sub Tit. de Impudicitia Venerea, §. circa  
contactum.

Item videatur integer Tit. de Testu sub  
litera T.

Contemptus.

\* DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Contemptus à contemno, quod vilipendo, & despicio  
significat, quamvis nonnulli velint minus esse contem-  
nere, quam despiciere: utuntur etiam alii voce temno, juxta  
illud Virgillii 6. Æneid.

Discite justitiam timere, sed non temere Divos.

Est autem contemptus vilipendia certæ rei, aut personæ  
nata ex eo, quod in illis judicetur conditio aliqua, propter  
quam pro tali habentur, accedente voluntate, eadem exere-  
ritus, interiusque eo modo tractandi. Græci *ὕβρις* dicunt,  
quod proprie paucitatem significat. Quod enim quidpiam vi-  
lipendatur, provenit ex eo, quod existimetur habere paucas  
qualitates honore, ac laude dignas.

\* GRADUS VARIi CONTEMPTUS.

Varios gradus Contemptus notant Canonistæ: nam contem-  
nitur res aliqua, vel persona tanquam noxia: vel tanquam in  
se vilis, & probo digna: vel denique tanquam minus vile, aut  
signum, quam exterius videatur, aut ejus gradus requirit.

\* CONTEMPTUS DEI, ET  
Hominum punitus.

\* EXEMPLA S. SCRIPTURÆ.

AGAR ancilla Saræ ob despectam dominam punita est,  
dixit enim angelus: Revertere ad dominam tuam, & humiliare  
sub manu illius, &c. Gen. 16.

MICHAEL F. Saur, quia despexit maritum suum David Re-  
gem, non est natus filius usque in Diem mortis sue. 2. Reg. 6.

Quia Rabaces dux militum Regis Assyriorum contemptum  
locutus est de populo Hierosolymitano, & de Deo Hebræo-  
rum, percussit angelus in castris Assyriorum centum octoginta H  
quinque millia. 4. Reg. 18. 19.

Quia Aman Princeps Mardochæum Jædæum ad fores Pa-  
latii sedentem inter omnes mortales maximè despexerat, ita  
ut suadentibus amicis excelsum trabem altitudinis quingua-  
ginta cubitorum, è qua cum suspenderet, fieri jussisset: & propter  
eum omnes Jædæos per litteras annulo regio signatas ubi-  
que trucidari mandarar, tandem coactus est cum summa sua  
ignominia illum ipsum Mardochæum equo vectum, & regis  
vestibus amictum per plateas circumducere, & exclamare, Sic  
honorabitur, quemcumque Rex voluit honorare, ac demum  
in ipsam trabem, quam Mardochæo paraverat, jussu Regis  
(Assueri) adactus est. Esth. 3. 4. 5. 6. 7.

ANTIOCHUS contemnens Jædæos, eorumque Deum, mina-  
tus est se Hierosolymam in congeriem sepulchri conversurum,  
& Jædæos tanquam sepultura indignos se avibus, ac feris diri-  
piendos traditurum, insanabili, & invisibili plaga à Deo per-  
cussus est: ut enim finivit, ait historia, hunc ipsum sermonem,  
&c. 2. Macbab. 9.